

Ye^o

3654



36.

RECTOR
ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS
JACOBUS MARTINI, SS. THEO-
LOGIÆ DOCTOR ET PROFES-
SOR PUBLICUS.

CIVIBUS ACADEMICIS S.

Dies nunc quartus ipse est, ex quo Matrona ornatissimi-
ma, BARBARA, Amplis. & Prudentissimi Viri Dni JOHANNIS LENZII Reip. oppidanæ

Conf. & in Judicio Curiali Advocati uxor, hanc vitæ delusit fabulam, positoq; rerum humanarum ludo in æternam securitatem se penetravit. Beatum verò & pulchrum sanè ipsius discessum! Quo enim tempore Salvator gentium inter castæ virginis viscera latitans, jamq; adultus in nostram carnem gestivit prodire in lucem; eo illa relictâ carne in cinerem de istâ se luce subduxit. Ille cœlo de lapsus de claustris materni uteri in terras meditatus fuit adventum; quum ista de terris in cœlestes sedes reditum maturavit. Ille ne homines, æterni patris opus & fabrica, periremus, tum nasci voluit, quum illa, ne frustra pro se eò humilitatis se demisset æternus Rex, piè & Christianè studuit denasci. Ut sicut ille innocentem pro nobis se exhibuit victimam, ita & ipsa quoque puram se & immaculatam hostiam DEO suo offerret. Beatum verò, iterum dico, & pulchrum sanè ipsius discessum. Per quem terrena cum superis, turbida tum tranquillis, sollicita cum quietis, nabilia cum serenis, caduca cum æternis atque perpetuis commutavit. Nata est anno salutis per CHRISTUM recuperatæ clō 15 LXXV. Bremæ, quam urbem & munitionibus fortissimam, & mercimoniis florentissimam variis inferior sibi Saxonia vendicat. Patrem habuit Virum Reverendum & Doctum, JOHANNEM SUMIUM Liberal. art. & Philosophiæ Magistrum, nec non divini verbi apud Bremeſes præconem atque ministrum; matrem BARBARAM, foeminam & virtute & genere clarâ admodum atque conspicuâ. Ea enim Patrem sortita fuit, Magnificum Dn. LEONHARDUM STETNERUM J.U.D. & Illustriſs. Marchionis Brandenburg. GEORGII FRIDERICI Cancellarium; matrem BARBARAM, Viri itidem Magnifici atque Amplissimi Dni CHRISTIANI BAIERI J.U.D. & duorum Electorum Saxonie Dn. JOHANNIS & Dn. JOHANNIS FRIDERICI b.m. Conſil. & Cancellarii filiam; quam ille ex MAGDALENA, Viri Ornatissimi & Prudentissimi D. AMBROSII GORTICII, (qui eò ipſo tempore, quo Academia nostra fundari atq; conſtitui cœpta fuit, anno videlicet Christi clō 15 II. Conſulatu in hac civitate functus est, inq; Senatorio ordine fidelem sibi Collegam habuit, PAULUM LENZIUM, Dni JOHANNIS LENZII, in cujus gratiam hanc scribendi modò operam suscepimus, proavum) filia suscepit. BAIERUS autem ille, cujus modò mentionem fecimus, is ipſe fuit, qui in nobilissimis illis comitiis, Augustæ Vindelicorum anno clō 15 XXX. habitis coram CAROLO V. Imp. Aug. & FERDINANDO Ungar. & Bohem. Rege in pleno Electorum, Ducum & Principum confesso Confessionis nostræ formulam, quam exinde Augustanam dicimus, de libro prælegit, animo ad Christianam constantiam ita composito, ut ne minimum quidem metus atque timoris, neq; in vultu neq; in cætero gestu, ederet signum, voce præterea, ut Historiarum memoriæ suggerunt, tam clarâ, grandî & articulatâ usus, ut non tantum ab illis, qui in amplissimâ illâ aulâ, ubi Conventus institutus fuerat, aderant; sed & ab iis quoque, qui in arcâ & vicinis locis constabant, facillè exaudiri possent. Quæ quidem ideo commemorare placuit, tum ut de genere defunctæ nostræ melius constaret, tum ut bene de Repub. virorum memoria & servaretur sanctè & ad posteros etiam cum laude propagaretur. Quia vero defuncta nostra in primâ statim ætate parentes amiserat, ne periclitandum forte haberet, ut quæ in peregrino loco & à cognatis procul posita esset, Bremâ huc Wittebergam ad maternam aviam maturè sese recepit. Quæ in sequenti tempore educationi ipsius tam sollicitâ præfuit diligentia, ut vel ipsa mater quoq; curare ei rectius vix potuisset. Namq; de necessariis ad vitam rebus abundè ei prospexit semper, & præterea ad pietatem, pudicitiam, frugalitatem, cæterasq; quæ sequiorem illum sexum quam maximè decet, virtutes sedulâ & singulari curâ ipsam adſuefecit. Anno clō 15 LXXXIIX. M. Aprili, jussu ac voluntate, tum cognatarum, tum affinis sui primarii, Dni FRIDERICI DRACOSTADII, qui ad annos sat multos tum Protonotarii in Judicio Elect. Sax. Supremo nec non & Scabinatu, qui hic est, provinciam; tum Assessoris in Consistorio Ecclesiastico munus cum laude sustinuit, prædicto nobis Viro prudentissimo, Dno JOHANNI LENZIO & c. legitimis nuptiis copulata & juncta est. In quo conjugio, & reverens mariti & amans, tranquillè jucundèq; vitam suam exegit, liberosq; edidit septem: filios videlicet duos, Dn. FRIDERICUM & Dn. CHRISTIANUM J. U. Doctores, & illum quidem (quanta felicitas!) Quedlinburgensis Abbatie Cancellarium Magnificum: filias vero quinque, de quibus duæ sub primam statim nativitatæ horam extinctæ sunt; reliquæ autem, ELISABETHA scilicet, Dni PETRI MULLERI Senatoris Witteb. Prudentissimi, & MARIA, Dni DANIELIS BECKERI Medicinæ Licent. & in Borussia Academia Professoris Clarissimi uxor, & BARBARA, in amarissimum materni obitus lutum cum Patre superstitant. Jam olim est quod Hypochondriaco morbo laborare cœpit; ad quem quum & alia symptomata accederent, factum est, ut, quæ infirmitibus crebris infestata antea sæpius fuerat, nunc vero & senio cœperat pulsari, nudius quartus mane hora secundâ vitam finiret. Pietatis studio uti à teneris dedita semper fuit, ita & morbi tempore illi sedulo incubuit: dum non modo quicquid molestiarum hauriendum esset patienti sufferret animo; sed etiam precibus & cogitationibus piis de CHRISTO Salvatore suo ejusque meritis subinde instaret. In quem quia certa fiducia credidit, in quem quia spes suas unicè collocavit omnes, dubitandum non est, quin & jam particeps regni ejus gloriaq; facta sit, & aggregata beatarum animarum cœtibus æternis gaudiis perfruatur. Cujus exsuvie quum ad H. I. postea ex ædibus mariti in Marianum templum, componendæ inibi in communem resurrectionis spem, deportabuntur, Vestri officii esse vel maximè censemus, exequias istas frequenti comitatu vos consecrari. P.P. Dominica II^a. Adventus Anno recuperatæ gratiæ clō 15 CXXIV.

TOR

BERGENSIS

ANNO 1521

PROFESSOR

1521

1521

1521

MARTINUS

DE

...

...

...

...

...

...

...

...


...

...

...

...

...



ECTOR
WITTEBERGENSIS
ARTINI, SS. THEO.
TOR ET PR
PUBLICUS.

ACADEMICIS S.

ose est, ex quo Ma
dentissimi Viri Dni JOHANN

it fabulam, positoq; rerum humanarum ludo in æterna
entium inter castæ virginis viscera latitans, jamq; adultu
lo de lapsus de claustris materni uteri in terras meditati
rica, periremus, tum nasci voluit, quum illa, ne frustra
m, ita & ipsa quoque puram se & immaculatam hostiam
illis, sollicita cum quietis, nubila cum serenis, caduca c
munitionibus fortissimam, & mercimoniis florentissi
t. & Philosophiæ Magistrum, nec non divini verbi apu
m. Ea enim Patrem sortita fuit, Magnificum Dn. L
trem BARBARAM, Viri itidem Magnifici atque A
ERICI b.m. Consil. & Cancellarii filiam; quam ille c
fundari atq; constitui cœpta fuit, anno videlicet Christi
JOHANNIS LENZII, in cujus gratiam hanc scrib
obilissimis illis comitiis, Augustæ Vindelicorum anno
um confessu Confessionis nostræ formulam, quam exi
is, neq; in vultu neq; in cætero gestu, ederet signum, ve
Conventus institutus fuerat, aderant; sed & ab iis quoqu
stræ melius constaret, tum ut bene de Repub. virorum n
erat, ne periclitandum forte haberet, ut quæ in peregr
icationi ipsius tam sollicitâ præfuit diligentia, ut vel ip
dicitiam, frugalitatem, cæterasq; , quæ sequiorem illum
m cognatarum, tum affinis sui primarii, Dni FRIDE
st, provinciam; tum Assessoris in Consistorio Ecclesiæ
cta est. In quo conjugio, & reverens mariti & amans, t
IM J. U. Doctores, & illum quidem (quanta felicitas
tæ sunt; reliquæ autem, ELISABETHA scilicet
Borussorum Academia Professoris Clarissimi uxor, &
e cœpit; ad quem quum & alia symptomata accedere
undâ vitam finiret. Pietatis studio uti à teneris dedita tempe
ed etiam precibus & cogitationibus piis de CHRISTO Salvatore suo ejusque meritis subinde instaret. In
lubitandum non est, quin & jam particeps regni ejus gloriæq; facta sit, & aggregata beatarum animarum
ariti in Marianum templum, componendæ inibi in communem resurrectionis spem, deportabuntur, Vestri
P. P. Dominica II^a. Adventus Anno recuperatæ gratiæ cl^o Id^o CXXIV.



atissi-
oppidanæ

tum verò & pul
dire in lucem; eo il
is in cœlestes sedes
æternus Rex, piè &
rò, iterum dico, &
mutavit. Nata est
vendicat. Patrem
inistrum; matrem
RUM J.U.D. & Il
BAIERI J.U.D.
tissimi & Prudentif
ate functus est, inq;
roavum) filia susce
OLO V. Imp. Aug.
prælegit, animo ad
oria suggerunt, tam
abant, facile exaudi
posteros etiam cum
ta esset, Bremâ huc
vix potuisset. Namq;
utes sedulâ & singu
ni ad annos sat mul
rædicto nobis Viro
regit, liberosq; edi
ncellarium Magnifi
matoris Witteb. Pru
a materni obitus lu
crebris infestata an
illi sedulo incubuit: